

Iohannes episcopus servus servorum dei dilecto in Christo filio: Hildewardo^{a)} sanctae Nuenburgensis aeccliesiae episcopo et omnibus successoribus tuis perpetuam in domino salutem. — — Sicut igitur, karissime fili, tibi absentem rogatu filii nostri christianissimi imperatoris Cōnradi et confratris nostri Hunfredi Magadeburgensis^{b)} archiepiscopi nec non illorum, qui hereditatem suam aeccliesiae contulerunt videlicet Herimanni marchio- 5 nis et germani sui Ekkihardi, et maxime pro magna utilitate et securitate aeccliesiae tuae consilio episcoporum et clericorum nostrorum sedem episcopalem de Ziza in Nuenburg transferre concessimus, ita nunc quoque tibi presenti cum clero tuo et dignioribus de populo et nuntiis predicti imperatoris et archiepiscopi consilio eorundem episcoporum et clericorum nostrorum factum probamus et tam tibi quam omnibus successoribus tuis perpetua stabilitate confirmamus. Quod enim secundum canones pro necessitate sepe factum fuisse legimus, nostris quoque temporibus fieri non prohibemus — —

Scriptum per manus Georgii notarii regionarii atque scriniarii sanctae apostolice sedis in mense marcio, indictione xv; bene valete.

81.

15

Kaiser Konrad II. bezeugt, dass er das Bisthum Zeitz nach Naumburg verlegt habe und überlässt auf Bitten des Markgrafen Ekkehard dem Stifte Naumburg seinen königlichen Hof zu Balgstädt.

Quedlinburg, 1032 Dec. 17.

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg.

Gedr.: Lepsius, Gesch. der Bischöfe des Hochstifts Naumburg 1, 197. Stumpf 2035.

Ann.: Vergl. Einl. 54 Ann. 335, 63 Ann. 402. S. A. 101 Ann. 335, 118 Ann. 402. In dorso: Traditio Balgestad. Traditio Balgestad (Saec. XII).

20

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Chuonradus divina favente clementia imperator augustus.: — — Proinde omnibus Christi nostrique fidelibus notum esse volumus, qualiter nos ob minime denegandum interventum dilectissimae coniugis 25 nostrae Gislæ^{a)} imperatricis augustae amantissimaeque prolis nostrae Heinrici^{b)} regis nec non ob piam petitionem Hunfridi^{c)} Magadeburgensis archiepiscopi fidelisque nostri Ekkardi^{d)} marchionis et ob frequens servitium cari nostri Kazonis^{e)} episcopi aeccliesie sancti Petri^{f)} in Nvwenbvrc^{g)}, cui ipse praesidet, Balchestat^{h)} nostram regalem cortem in pago Thuringiae in comitatu Madelgozonis sitam — — in proprium tradidimus — — (SJFR.)ⁱ⁾ 30

:Signum domni Chuonradi (M.) Romanorum imperatoris invictissimi.:

:Burchardus cancellarius vice Barthonis archicapellani recognovit.:

Data ^axvi. kal. ian.^{k)} indictione ^axv., anno dominicae incarnationis millesimo ^{mo}xxx. ii., anno autem domni Chuonradi secundi regnantis .viii., imperatoris vero .vi.; actum Quitilineburg; feliciter amen^{f)}.

35

80. a) HILDIWARDO. b) magaburgensis.

81. a) GISLAE. b) HEINRICI. c) HVNFRIDI. d) EKKARDI. e) KAZONIS. f) PETRI. g) NVWENBVRC. h) BALCHESTAT. i) *Breßlau, Konrad II. 4.* k) kl. IAN. l) AMEN.